[Vinzenz Staufer]: Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii Mellicensis O.S.B. servantur I

Melk, 1889 Seite 162

Quelle:
Copyright:

Tempus, quod hodie incipitur, durat usque ad nativitatem domini. Explic.: *In Deo una est redemptio et redemptor utriusque Deus per suam misericordiam dignetur nos suscitare, rogamus.* In fine: *Explicit postilla Parmensis anno domini lm.*

De Antonio Parmensi ejusque sermonibus de tempore vid. *Denis* l. c. vol. I, p. III, 2652 sq , 2654 sq.

Fol. 324[b] scriptura vacat.

4. f. 325[a]—339. Pericopae evangelicae ad sermones pertinentes. Incip.: *In illo tempore, cum adpropinquasset Jesus hyrosolimis et venisset bethpfage ad montem oliveti.* Explic.: *Non enim veni vocare justos sed peccatores.*

Fol. 339—344 scriptura vacant.

-1897-

93. [B. 61.]

Fol. 1-314

Codex chart. saec. XV. sine signatura foliorum seu paginarum. In exteriori parte tegumenti legimus: »Lectura super 13° et sequentibus capitulis Mathei magistri Nicolai de Dinckelspuhel. Et una questio de Christi paupertate.« Scriptus est ille codex (ultimo tractatu excepto) duabus columnis. In Folio.

1. f. 1—259. Nicolai de Dinkelspihl Commentarius in Mathaeum a capite 13 usque ad finem. Incip.: *In illo die exiens Jesus de domo sedebat.* Explic.: *Quorum bonorum nos participes efficiat Jesus Christus, dominus noster. Qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat unus Deus in secula benedictus. Amen.* In fine: *Explicit liber sabbato trinitatis.*

Kropf l. c. p. 171.

2. f. 259[a]—259[b]. Naratio de quodam Judaeo religionis christianae penitus ignaro. Incip : *In superioribus sepe facta est mentio de quodam judeo.* Explic.: *Ut Judeus voluit inferre.*

Quinque folia scriptura vacant.

3. f. 260—~~297~~ 311[b]. Nicolai de Dinkelspihl Quaestio seu tractatus de Christi paupertate. Incip.: *Circa illum textum Johannis primo »Magister, ubi habitas?«* Explic.: *Et tantum sit dictum de illa religione militari.*

Kropf l. c. p. 183.

f. 312-314 vacant.